Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 323
Quelle:
Copyright:

te &c. ut in Edit. *Maur. supracit.* a qua differt Exemplum nostrum in eo, quod *Visionibus* singulis tota illa *Apocalypseos* portio praemissa sit, quae in singulis

Ciues celestis patrię
Regi Regum concinite

atque legitur in Expósit. *Apocal. Anselmo Laud.* tributa in Edit. *Opp. Anselmi Cant. Colon.* 1612. T. II. p. 506. f. cum prosaica Expósitione allegorica harum Gemmarum depromta e *Glossa ordinaria Walafr. Strabi.* 2) Introductio in *Apocalypsin*, cujus initium: *Apocalypsis hęc inter reliquos noui testamenti libros prophecia uocatur, sed aliis excellentior prophetis* &c. Et ipsa collecta e mox dicta *Glossa*, ut conferenti cum *Bibliis* glossatis patebit.

CCXX.

R. 67 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 102. minute, sed nitide scriptus, rubricis enotatus, et olim *monachorum congregationis sancte iustine de padua deputatus monasterio sancti Seuerini de neapoli*, ut *fol.* 2. dicitur, est *Expositio Apocalypseos* temporum injuria tam male habita, ut membranis partim putredine corruptis, partim evanidis dimidiae saepe paginae legi amplius haud possint. Atque haec labes praecipue initio accidit, ut e miniato Prologi titulo, qui fortasse Autoris nomen enunciabat, nihil restet, nisi: *Incipiunt enu* — — (cleationes?) explicatur. Lectio ceterum satis congruit. Ad calcem nobis praeterea duo adtexuntur: 1) Hymnus de XII. Gemmis Apocalypticis, qui insit:

Qui est supremus opifex
Ciuitatis uranicę &c.

Incipit Prolo — —. Nihil paene intentatum liqui, ut suo foetum hunc parenti redderem, verum irrito conatu. Adscribam igitur locum *fol.* 52. p. 2. de Numero Bestiae ad *Apoc.* XIII. 18. qui fortassis alteri dux sit felicior. *Audiamus ergo nominum interpretationem. Ipse* (Antichristus) *uocabitur arnoime, quod interpretatur nego* (ἀρνεομαι) *quod illi competit, cum se dei filium fecerit, et uocabitur antemos,* (αντ' ἐμοῦ?) *quod interpretatur contrarius bonor. Quicunque enim negat christum, bonorem quęrit christi contrarium, et uocabitur tytan id est, sol, uel gigas id est, fortis dicitur, quod nomen sibi fallaciter antichristus usurpat, affirmans de se dictum fuisse: Exultauit ut gigas. Et uobis qui timetis deum, uel nomen meum, orietur sol iustitię, cum sit apostata angelus in eo, transfigurabit se in angelum lucis, et lingua gothorum uocatur gensricos, id est, dissipator gentium et seductor; apud latinos uero uocabitur diclux. Dicet enim se esse lucem illuminantem omnem hominem uenientem in hunc mundum. Fol.* 74. ad *Apoc.* XXI. insertus est *Hymnus* ille de Lapidibus pretiosis: *Cives celestis patrię regi regum con-*